Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40034
Copyright: Melk, Benediktinerstift



egredi de monasterio nec collum eo
cutere de iugo regule. qui sub
tam moroso tempore potuit eam
ferre aut sustinere. Vsu prendo
autem moratorio eorum omnibus p
mittat de stabilitate sua et conuer
sione morum suorum et obedientia
coram deo et suis eius. ut si ali
quid aliter fecerit ad eos se damp
nandum sciat quem videt de qua
promissione sua faciat petitione
ad nomen sanctorum quorum reliquie
ibi sunt et abbatis presentis. Qua
petitione manu sua scribat aut
si certe non sit litteratus alter ab
eo rogatus scribat. et ille nouicius
signum faciat. et manu sua eam
super altare ponat. Quia dum
posuerit. mox incipit dicere nou
icius mox hymnus uersum. Suscipe
me domine secundum eloquium tuum et vi
uam et ne confundas me ab ex
pectatione mea. Quem uersum
omnis congregatio tertio respondeat
adiungentes gloriam patri. Tunc
ipse frater nouicius prosternat se
monachis pedibus ut orent pro eo.
et exinde hora in congregatione ei
ut preceptum est. Res si quas habet aut e
roget prius pauperibus aut facta
collemnitate donatione conferat
monasterio nichil sibi reseruans
ex omnibus quippe qui ex illa die
nec proprii corporis potestate se
habituum sciat. Ex hoc uero mora
torio exuat rebus proprius quibus
uestitus est et induat rebus
monasterii. Illa autem uestimenta
quibus exutus est. reponat in
uestiario seruanda. ut si aliquando
suadente diabolo consenserit ut
egrediatur de monasterio quod absit
tunc exutus rebus monasterii p
iciatur. Illa tamen petitione quam
de super altare abbas tollit non re
cipiat. sed in monasterio reseruetur

Qui in monasterium de filio nobilium aut pauperum qui offeruntur. Ng.

Si quis forte de nobilibus offert
filium suum deo in monasterio
si ipse puer in minori etate est.
parentes eius faciant petitionem
qua super altare diuinum. et cum oblatione
ipsa petitione. et manum pueri in
uoluant in palla altaris et sic
eum offerant. De rebus autem suis
aut in presenti petitione promittant
subiacere iuramento quasi nunquam
ipse nunquam per subiectam personam
nec quolibet modo. ei aliquando
aliquid donet aut tribuant occasi
onem habendi. nisi certe si hoc fa
cere voluerint. et aliquid offerre
noluerint. in elemosinam mona
sterio. pro mercede sua faciant.
De rebus quas dare uolunt mo
nasterio donatione faciant. re
seruato sibi si ita uoluerint usu
fructuario. atque ita obseruent
omnia. ut nulla suspicio remaneat
puero. per quam deceptus perire
possit quod absit. quod ex permento
dicimus. Similiter autem et pau
pores faciant. Qui ex toto nichil
habent similiter petitionem faciant
et cum oblatione offerant filium suum
coram testibus. De sacerdotibus qui
in monasterio uoluerint habitare. 50.

Si quis de ordine sacerdotum in mo